UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

III. Ritter Hempo von dem Knesebeck überläßt dem Kloster Dambeck Hebungen in Valwitz, am 13. Januar 1329.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

riſ ciuitatis Saltwedele plenam habebunt proteſtatem eundem chorum in uſuſ eccleſie beate Marie uirginis in Saltwedele conuertendi. Hujus uero facti teſtes ſunt dominus bernhardus ſacerdoſ, et Johannes georgii, magiſtri criſtiani teſtamentarii, Thitmaruſ de vlſen, Henricus de mechowe, Henricuſ de gorceke, Johannes de Witinge, Henricus pertceual, Hermannus cronecke, Nicolauſ Plume, Thetarduſ felix, Henricus de thuritz, Nicolauſ de mechowe, Bartholdus de vlſen et Henricus Holis, conſuleſ predicte ciuitatis Saltwedele, quorum ſigillo preſens ſcriptum una cum noſtro in maiorem teſtimonii euidentiam vnicorditer fecimuſ roborari. Datum et actum anno gratie M°. CC°. LXXXVIII°. in vigilia omnium ſanctorum.

Nach dem Orig. des Salzwedelſchen Archives XXV, 2.

III. Ritter Hempo von dem Kneſebeck überläßt dem Kloſter Dambeck Hebungen in Valwitz, am 13. Januar 1329.

Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret univerſitas literarum, Nouerint igitur uniuerſi Chriſti fideles preſentes inſpecturi, quod nos Hempo de Kneſebeck, miles, bona noſtra in villa Valeuiz, videlicet ſuper que dominus prepoſitus de Dambeke et ſue moniales clauſtri eiuſdem habent aduocaciam, ſcilicet unum chorum ſiliginis et X modios ordei et unum pullum et unum ſolidum cum una decima dicta ſchmalen tegede ſic, uti ea noſtri parentes hereditabant, reſignamus antedicto prepoſito in Dambeke et toti conuentui cum omni uſufructu ſicut ea habuimus libera et ſoluta in nomine domini in his ſcriptis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Wertbeke, anno domini M°. CCC°. XXIX°., in octaua Epiphanie domini.

Aus alter Copie.

IV. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Dambeck zum Erſatz des erlittenen Kriegsſchadens Hebungen aus mehreren Dörfern, am 16. März 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob iugem et perhennem animarum Illuſtrium principum marchionum brand., bone recordationis predeceſſorum noſtrorum, noſtri, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum memoriam, Eciam in refuſionem dampnorum, honorabili viro prepoſito deuotisque dominabus abbatiſſe, prioriſſe totique conuentui clauſtri dambek, ordinis ſancti benedicti, ſanctimonialibus nobis dilectis, expeditionum noſtrarum temporibus illatorum, appropriamus et appropriare decreuimus per preſentes XLII fruſta reddituum annuorum in pactu et cenſu villarum ſubſcriptarum videlicet in theutonicali gyſchowe IX fruſta, In Slauicali gyſchowe V fruſta, In Ry-